



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institutiones Morales**

In Quibus Vnivers[a]e Quaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

10. Aliæ itidem quæstiones iusdem argumenti diluuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

Ecclesie vivere, sed in c. *Episcopus. de prob.* oppositam sententiam sequitur.

Dicendum existimo ex communi sententia omnium, videlicet, Innocentij, Hostiensis, Andree, in ca. *Episcopus, de Praben. quos sequitur Panormitan ibidem, & in Disputati- one que incipit: Titius Clericus dub. 4. & capit. 3. de Pignori- bus.* Card. in. Felin. in capitul. *Postulasti. de Rescrip. Socin. consil. 91. volum. 3. Conar. de testamen. cap. 1. numero secundo, id Clericum posse tuta conscientia. Nam teste Apostolo, nemo militat suis stipendiis, & Qui ab ar. inseruit, de al. ar. vi- uere debet: Ergo Clericus, Ecclesie gratis inseruire non cogitur, & propterea potest ministerij, laboris & operæ mercedem, & stipendium exigere, Sic etiam Caietanus sentit in secunda secunda questione 185. numero septimo. At Adri- an. questione citata. 5. conform. iter huius opinionis dicit, licitum esse Clerico habenti patrimonium vitæ sufficiens vivere ex bonis ecclesie, dummodo patrimonij fructus in pios vsus impendat:ahas minime. Sed non est curâ communi sententia reced. mus: quam secuti sunt etiam Maior in quarto d. st. 2. quæst. 22. Sotus de Inst. lib. 10. quæst. 4. art. 3. prope finem. Nauar. tract. de Rediti- bus Eccles. monit. 32. numero primo, & eam videtur vsus ipse confirmare. Canones vero illi superius allati solum locum habent in Clericis, qui patrimonium habentes, cum pauperes summa alio- qui, vel graui egestate premantur, nec adsint alia, ex quibus eorum inopia subleuari queat, nisi Ecclesie bona, ea capiunt, sibi retinent & seruant. Sic eos Canones inter- pretantur sanctus Thomas secunda secunda, questione 185. articulo septimo, ad tertium, & Maior & Sotus locis citatis, Couarruias in locis prædictis. Vel locum habent in ijs Clericis, quos olim, cum veteres Canones vigeant, aliquæ Ecclesie ad ordines non promouebant, nisi communem vitam agerent, & certæ asciberentur ecclesie, cui inset- uerent, & ex eius bonis alerentur.*

Decimoquarto quaeritur, An beneficiarius, qui ex Pa- trimonio aliquid in ecclesie utilitatem insumpsit, tunc possit tantumdem ex fructibus beneficij sibi sumere, & id, in quos voluerit vsus impendere, ita vt de eo etiam nutu suo statuere queat: Respondet, ex communi quoque sen- tentia, quam sequitur Nauar. in Manuali, cap. 17. nu- mer. 94. & de Rediti- bus, questione prima, monit. 27. numero quinto, & questione, tertia, monit. 4. n. tertio, & monit. 32. posse quoniam quod ex suo in Ecclesie vsu impendit, benefi- cij fructibus compensari.

### CAP. X.

#### Alia itidem questionem eiusdem argumenti di- luuntur.

PRIMO quaeritur, Ad quem communi iure pertineant ea, quæ Beneficiarius emit, etiam suo proprio nomine, vel alieno, non ecclesie, ex pecunia siue ex beneficij fru- ctibus. Explico quaestionem. Titius Clericus ex sui benefi- cij fructibus, comparata pecunia emit domum, agrum, e- quum, vel liberos suo, non ecclesie nomine: Quæro, An huiusmodi bona emptæ, pertineant ad ecclesiam, in qua beneficium obtinet, An vero ad ipsum Titium Clericum? siquidem videntur esse bona propria industria acquisita. Nam pecunia sine hominis industria factum non parit. Deinde emptæ ex pecunia fortuita, non quaeruntur domi- no pecuniarum, sed emptori, quamuis furi: vt constat ex l. si pe- cunia, C. de rei vendicat.

Dux sunt sententia: Prima in vniuersum ait, omnia ip- so iure ecclesie deberi, siue sint bona immobilia, siue mo- bilia, siue se mouentia, vt fundus, liber, equus. Hanc sen- tentiam late probat Sarmenus tract. de Rediti- bus eccles. par. 3. e. 2. Sed ille confundit omnia, ratus idem iuris esse de emptis ex redditibus beneficij, quod de emptis ex bonis ecclesie, cum sit tamen ratio diuersa. Nam quæ emit be- neficiarius ex bonis Ecclesie, communis est sententia, ea

fieri ipsius Ecclesie, quamuis Clericus, non Ecclesie, sed alieno, vel suo nomine emat, vt docent Innocent. Hosti- en. Ioan. Andr. & Glo. in cap. cum in Officiis, de Testam. & ca. 1. de Pecul. Clerico. Couarruias item in cap. 1. Testam. num. 5. & alij iuniores, atque etiam Summistæ, Angelus verb. empt. numer. 12. Siluester eod. verb. numer. 22. Id probant ex c. Placuit. 12. quæst. 3. c. Presbyter, c. Sacerdotes, c. Quian- que, eadem Causa qu. 4. cap. 1. Cap. Inquirendum, c. Fixum. 12. q. 5. c. xl. de Pecul. Clerico quibus locis decernitur, quæ emit Clericus, vel administrat Ecclesie ex redditibus, & bonis ipsius ecclesie, non sibi, sed ipsi Ecclesie eam acqui- rere. Sed quaestio nunc est, non quidem an quæ emit Cle- ricus ex pecunijs, siue bonis Ecclesie, sicut ipsius Ecclesie, sed an quæ Beneficiarius emit ex fructibus sui beneficij suo nomine, non Ecclesie, computentur in bonis ipsius Ecclesie. Quidam distinguendo sententiam bona immo- bilia ex fructibus beneficij emptæ, ipsius Ecclesie fieri, non tamen mobilia, se mouentia, quæ sibi Clericus ac- quirat. Sed hæc sententia merito ab omnibus rejicitur, quia Canones, & iura nihil distinguunt. Secunda igitur sententia est Nauar. in Tract. de redditibus Eccles. quæstion. 1. monit. 42. generatim affirmantis, emptæ ex redditibus be- neficij sibi Clericum comparatæ, non Ecclesie, nisi fue- rint ipsius Ecclesie nomina emptæ, aut ipsi tradita: Id ille probat, quia in constitutionibus Pij Quarti, & Pij Quinti, de spol. Cleric. huiusmodi bona emptæ, inter spolia Cle- ricorum computantur, vnde & ea sibi Pontificus sicut, id est, Camera vendicat Apostolica: ergo non sunt Eccle- sie bona, sed Clericorum si in Ecclesie dominium tran- sissent, ea tanquam Clericorum spolia, Pontificia Cam- era non sibi vendicasset.

Mihi prima sententia, tanquam communis, & vera, probatur, quod attinet ad ea, quæ emit Beneficiarius ex pecunijs siue bonis ipsius Ecclesie, quamuis non nomine Ecclesie emerit. Quoniam licet generatim ius civile constituit in l. si ea pecunia, C. de rei vendicat. emptæ pecu- nijs alterius, in dominium emptoris transire, non domi- no pecuniarum debet: peculiare tamen ius est de his, quæ emit tutor, vel curator, vel administrator ex pecunijs pu- pilli, minoris, ciuitatis l. 2. ff. Quando ex factis tutoris, vel mi- noris 4. l. si res proptis, C. de rei vendic. vel Ecclesie, ca. 1. §. 2. 12. quaestione tertia, & capitul. Exum. 12. quaestione quinta, hæc enim pertinent ad dominum ipsius, cuius sunt pecuniarum, non emptoris. Attamen existimo, quidquid dixerit Sar- mentus loco supra citato, nihil expressum sanxisse Canones, & iura de ijs, quæ emit Beneficiarius suo nomine ex sui beneficij pecunijs; arbitror enim Canones supra citatos locum tantum habere in his quæ Clericus emit ex ipsius Ecclesie bonis, aut in his, quæ emit nomine ipsius Ec- clesie, in quo Ecclesia pupillo, minori, ciuitati, & militi comparatur. Quamuis putet Sarmenus, Canones in r- niuersum appellare redditus, pecunias, & bona Ecclesie quæ Clericus habet ex sui beneficij proventibus, Patri- monium enim Clerici ius Canonicum dicit esse ipsius Clerici, beneficii vero redditus, asserit esse bona Ecclesie, quoniam eos Clericus habet ex ecclesia, patrimonium ve- ro habet ex suo.

Cæterum dicendum arbitror, Beneficium idem iuris habere in ijs, quæ emit ex sui beneficii fructibus, quod in fructibus ipsius. Quare sicut beneficiarius fructibus benefi- cij, quod pertinet ad portionem sibi debitam, facit suos, & sibi, non ecclesie acquirit: sic quæ suo non Ecclesie no- mine emit ex beneficii fructibus, sibi non ecclesie acqui- rit: & in vita donare potest suo nutu, quamuis de eis testa- ri iure communi non possit, vnde sicut fructus, si nihil de ipsijs Beneficiarius in vita constituit, iure communi ad ec- clesiam, vel successorem spectant, sic etiam bona emptæ, quæ dixit, iure communi antiquo in bonis Ecclesie computantur, & ad eius dominium pertinent, quando nihil de ipsijs beneficiarius qui emit, in vita statuit. Quapropter, cum consuetudine, & iure nouo sit intro- ductum, vt Pontifices ea sibi reseruauerint, quæ Be-

nefici-  
aria.

Beneficiarius ex fructibus relinquit, nisi fuerit alicubi more profectio receptum, vt ea ad heredes ab intestato transmittat, sic vt quae ex beneficij fructibus emitt, dummodo Clericus nomine ecclesiae non emerit, aut ei nondum tradiderit. Camera Pontificia, ea bona, tanquam spolia Clericorum, sibi vendit: sicut ex fructibus beneficij relictos: nam Pontifices, quod erat consuetudine introductum, seruari, editis super ea re constitutionib. praecipunt: videlicet, vt bona Beneficiorum relictas, quae iure antiquo ad ecclesiam, vel successorem atinebant, cedant in dominium Camerae Pontificiae, vt spolia Clericorum.

Secundo quaeritur, An Beneficiarius praecipio, & legi ecclesiae satisfaciat, si quod superest ex fructibus beneficij, in alios vsus pios, praeterquam in pauperum sustentationem impendat, vt si infumat in vsum fabricae ecclesiae, vel Religiose domus, vel in quoduis aliud pietatis officium. Respondeo ex communi sententia, quam habet Nauarrus *Tractat. de Redituibus Eccles. monit. 26. num. 2. quae 7.* Pauperum appellatione in praesenti, intelligi pios vsus, hoc est, quae libet pietatis officia. Quaes, An Beneficiarius debeat saltem id quod supererat, impendere in necessitates pauperum, vel pios vsus eo in loco, vbi beneficium habet? Respondeo cum Nauarro *tract. de redituib. Eccle. 41. monit. 27. n. 1.* iure communi non cogi eos infumere eo in loco, vbi situm est beneficium: Immo Canones sanxerunt decimas esse soluendas ad vsus Clericorum, ecclesiarum, pauperum, peregrinorum etiā, & aduenarum. Obijciat quis; cum testator relinquit aliquid in pauperes loci vel Parochiae, in qua ille commorabatur: ergo pari ratione Clericus, quod superest ex fructibus beneficij, debet infumere in vsus pauperum, vel Ecclesiae, in qua beneficium obtinet. Respondeo distinguendum: aut de voluntate testatoris constat, aut dubitatur, aut libera voluntati commisit testamentarij, vt quos mallet pauperes eligeret. Si primo, in eos pauperes diuidendum est, quos expressit in testamento, aut tacite infinuauit: si secundo modo aut tertio, factis est, si in quorumlibet pauperum vsus erogetur. Nauarr. *de redituib. Eccles. quae 1. monit. 27. n. 2.* Eadem ratione, vbi Canones, & Iura praeeperint aliquid in certos pios vsus impendendum, in alios sine auctoritate summi Pontificis infumi non potest. Vbi vero generatim praecipunt aliquid in pauperes, vel pios vsus esse distribuendum, sufficit, illud in quosuis pauperes, vel in quoslibet pios vsus erogari. Sed nunquid pauperum nomine illi etiam possunt intelligi, qui quamuis aliqua bona, vt pote possessiones, vel redditus annuos habeant, et ipsi tamen commode, iuxta suam vitam statum, & conditionem, viuere, & sustentari negarunt? Respondeo, cum Nauarro *de redituibus, q. 1. monit. 27. n. 3.* pauperes accipiuntur non ij soli, qui ex pane non mendicatio viuunt, sed etiam qui ex suo patrimonio commode, & honeste viuere non possunt. Quae etiam aliquis, an ex fructibus beneficij tuto possit Clericus dare quicquid pertinet ad remuneranda ministeria, obsequia, & officia in eius vilitatem facta? Respondeo, posse, vt colligitur ex cap. *relatum 2. de Testamen. nam id quod hac ratione datur, iure grati animi, & voluntatis debetur: nam rationi est conseruaneum, vt beneficia in eos conferamus, qui sunt de nobis optime meriti: retribuendum est beneficium ei, a quo beneficium accepimus. Denum quispiam rogabit, An etiam liceat Clerico ex fructibus beneficij ratione hospitalitatis impendere, quod superest? Respondeo, licere: hospitalitatis enim officium, quo non solum peregrini, & aduenae, sed etiam amici, & noti benigne excipiuntur, & tractantur, est opus charitatis, & vrbauitatis cuiusdam, laudabili consuetudine inter omnes homines vsitatae. Sed inde colligi dicit aliquis, vt fas sit etiam Clerico aliqua liberaliter, & magnifice donare, & in ludos etiam impendere gratia rescindi, & relaxandi animum: si quidem liberalitatis, & magnificentiae opera sunt virtutum officia, & ludus etiam honeste suscipitur? Respondeo, non esse idem iuris*

de ijs, quod de pietatis officijs: nam liberalitatis quidem & magnificentiae opera sunt virtutum officia: sed non cadunt in Clericos Beneficiorum bona dispensantes, quippe qui quod supererat ex fructibus beneficiorum, in pauperum vsus, iuxta Canones, & Iura erogare debent. Etenim dare etiam consanguineis, per se malum non est: & tamen Canones, & Iura constituunt, ne Clerici, quod redundat ex beneficio, consanguineis, nisi ratione paupertatis, & inopiae largiantur. Et testari de fructibus beneficij, quod attinet ad portionem debitam Beneficiario, non est per se malum: & tamen iure communi est Beneficiarijs interdictum.

Tertio quaeritur, An Beneficiarius tuto conscientia possit beneficij sui redditus, fructusve locare? Respondeo, distinguendum esse: aut enim sermo est de reb. ex quibus beneficij fructus colliguntur, vt sunt fundus, praedium, domus; aut sermo est, de fructibus ipsis, quos Beneficiarius, quotannis, vt sibi debitos percipit. Si loquamur de rebus beneficij, tunc ad vitam eos locare non potest. *Glossa in Clem. 1. de reb. Ecclesiae non alien. in verbo, eius, & ibidem Ancharanus, Cardinalis, Imola, & Alexander conf. 119. in lib. 3. & conf. 165. lib. 2. Couarru. lib. 2. Variar. resolut. e. 16. num. 3.* Quoniam locatio rei ad vitam, tanquam perpetua habetur: licet possit accidere, vt vita ultra septennium, vel triennium non protrahatur. Eas itidem ad longum tempus locare, iure non potest. Nam *Clem. 1. de reb. Ecclesiae alienam. vel non alienam. & capit. Nulli. eod. titul.* Clerici res ecclesiae ad longum tempus locare nequeunt. Porro longum tempus intelligitur decennium, vt ait *Glossa, & Cardin. & Imola, & Ancharan. in Clem. citata, in verbo, Locationes, Abbas in cap. Vestro, de Locat. Decius conf. 142. num. 1. Bartolus, Bal. Barbas. Socinus, & Paulus, quos citat Couar. lib. 2. Variar. resolut. e. 16. num. 1.* Extat praeterea Pauli II. Constitutio huius inij: *Ambitiosa, inter Extravagantes communiis de praeben. vbi locatio rerum Ecclesiae ultra triennium prohibetur: Ex qua percipitur, annuos redditus, possessiones, res, & bona alia, vt sunt fundi, agri, praedia & domus; in quibus, & ex quibus ipsa beneficia constitunt, iure quidem communi antiquo ad nouem annos locari posse: sed iure nouo in Constitutione praedicta, ultra triennium locari non posse, licet locatio infra decennium, tanquam ad modicum tempus facta iure communi haberetur. Verum de hac quaestione latius libro proximo dicemus. Si vero loquamur de fructibus, qui Beneficiario debentur ex bonis, & reb. Ecclesiae, eos locare potest Beneficiarius ultra triennium, imo etiam ad vitam suam. *Abb. in c. ult. ne praelat. vices suas, vbi cit. Federicum, & Hosti.* Sic etiam cum Abbate Redoa. *tract. de reb. Eccl. alie. vel non alie. Rub. 33. casu. 2. in. 28.* Vnde Couar. *l. 2. var. resolut. e. 16. n. 6. vers. 6. visum est, scribit Constitutionem Pauli II. Ambitiosa, non prohibuisse locationem fructuum, sed rerum beneficij ultra triennium.**

Quarto quaeritur, An ea extante Pauli II. Constitutione locatio rerum beneficij ad octo annos facta, vim & locum habeat ad tres primos annos, ita vt sit ex parte rata & firma, & ex parte irrita, videlicet vt triennium excedit, nullius sit momenti: quod ad tres primos annos, subsistat, & valeat? Baldus, Paulus, Imola, Decius; Tiraquellus apud Couarruam *lib. 2. varia. resolut. e. 16. num. 5.* De iure communi, extra Constitutionem praedictam Pauli II. loquentes, senserunt, locationem factam ad plures annos, quam Ius ipsum commune praestituit, non valere quantum attinet ad annos excedentes triennium iuris; subsistere tamen quod ad annos, qui continentur intra tempus communi iure praefixum. Vetum ij probabilius opinati sunt, qui voluerunt eam locationem ex tuto esse irritam, & inanem; quia est vnica locatio, & indiuidua ex mente contrahentium, in qua nequit separatio fieri eius temporis, quod est iure permillum, ab eo tempore in quo excessus adest ipsa lege prohibitus. Ita Panormitanus, Cardinalis, Dominicus, Felinus, Aretinus, & alij, quos citat, & sequitur Couarruam loco citato: de qua etiam

questione copiosius libro proximo disputandum nobis est. Eadem ratione si locatio facta sit ad vitam, minime valet, nec subsistere poterit ratione trium annorum, aut eius temporis, ad quos alias fieri iure poterat. *Couarruuias loco presu. n. 5. versu. Eadem ratione si locatio.*

Quinto queritur, An locatio rerum beneficij fieri queat ad nouem annos hac adiecta clausula, vt totidem locationes esse intelligantur, quot sunt triennia, ita vt finito primo triennio, locatio de nouo fieri intelligatur, & finito secundo triennio incipiat tertia. *Couarruuias loco citato. refert multos sensisse, hanc locationem valere iure communi. Sed certe verior est opposita sententia, quam secuti sunt Cynus, Albericus, Ancharanus, Cardinalis, Bartolus, Alexander, Lopus, & alij, ab ipso met Couarruuias producti, qui dicunt, prædictam clausulam etiam ipso iure communi antiquo damnari in *Aut. hont. de ven. alienand. rebus Ecclesiasticis, §. Quod autem dictum est.**

Sexto queritur, An ea Pauli II. Constitutione prohibeatur Clericus res, & bona beneficij locare ad triennium, 40 pacto, & conditione vt triennio finito, eidem conductori iterum locet easdem res siue bona ad secundum triennium? Respondeo prohiberi, quia nomine alienationis etiam intelligitur promissio, pacto, & conuentio de alienanda, vel locanda re. *Baldus in l. ult. ff. ad legem Falcidiam, §. alij quos cit. Et sequitur Couarruuias loco cit. n. 4. Et locatio ad triennium, cum pacto de renouanda locatione ad alterum triennium, est alienatio, at prædicti Pontificis Constitutio statuit, ne ultra triennium res ecclesie alienentur, vel locentur.*

Septimo queritur, An procurator habens mandatum ad res beneficij, siue Ecclesie locandas: & locans eas ad triennium, indigeat nouo mandato, vt iterum exacto triennio, ad alterum triennium possit locare. Item, an si mandatum expressim accepit ad locandos redditis bis, ter, & sæpius, ita tamen, vt singulae quæque locationes triennium non excedant, finito primo, sine noua facultate possit ad alterum triennium locare. *Couarruuias lib. 2. var. resol. c. 16. n. 6. versu. Quarum ead. consist. De iure secutus ait, nouo mandato, vel facultate indigere, si qui possit procurator, inquit, in perpetuum locare. Deinde, primo triennio finito, locatio quoque finitur, ac desinit, ac proinde mandatum acceptum ad locandum extinguitur. Alijs vero hæc sententia minime probatur, quia licet exacto triennio locatio finitur, quando mandatum est procuratori datum simpliciter ad locandum, sine causa mortis, legati, & quæcumque alias dispositiones de dominijs, terris, castris, domibus, & quibuscumque alijs bonis, & rebus in mobilibus, mobilibus, & semouentibus, pecunijs, iuribus, actionibus, ex beneficijs, fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis quibuscumque confectis, & alijs quomodocumque prouentibus, nec non de peculio, & alijs sola industria, labore, & meritis, & quocumque alio modo partis, cuiuscumque quantitatis, qualitatis, speciei, nature, & valoris existentibus, in quoscumque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimos, eos denique ex toto, vel ex parte hæredes instituenti, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant. Respondendum existimo cum Navarro tract. de spolij. Clericor. §. 19. num. 9. 10. Et in ea Constitutione abrogasse Pontificem omnes facultates, licentias, priuilegia, & indulta dandi aliquid ex fructibus beneficiorum, siue per testamentum, siue extra testamentum: non tamen sustulisse facultatem id faciendi quod iure communi concessum, in c. Cum haberet supra cit. Et hoc meo iudicio patet ex ipsa Constitutione, quæ priuilegia, & facultates à Pontificibus datas abolet. At quod iure communi conceditur, non est priuilegium, facultas, licentia, vel indultum: Præterea, quia Pontifex abrogat etiam facultates relinquenda aliquid ex testamento, vel extra testamentum ipsius etiam ex bonis, quæ industria, labore, vel alia ratione sunt parata, & tamen iure communi de iis bonis potest Clericus testari, & ea in usus quos elegerit ipse, conferre: ergo*

Octauo queritur, An quando redditus beneficij colliguntur ex reb. quæ non singulis quibusque annis fructus reddunt, sed alternis annis, locari eas res licite possint ad sex annos, vt triplices fructus conductor percipere queat? Respondeo, cum *Andrea, Barbat. Rubrica de rebus Eccles. non alienandis, §. Couarruuias capite citato. numer. 6.* posse locari: quia licet prædicta Pauli II. Constitutio sancierit, ne ultra triennium locetur, triennium tamen non computatur ex annis, sed ex fructibus, qui ex re locata percipi solent. Ita vt mens Pontificis fuerit, ne res Ecclesie locentur ad tempus, in quo plures quam triplices fructus colligi queunt. Si igitur res alternis tantum annis fructus reddere solita est, locari potest ad sex annos. Immo si fructus solum tertio quoque anno ferre soleat, licite locari potest ad nouem annos, quod si quotannis fructus reddat, ultra tres annos locari non potest, vt li. proximo docebo.

Nono queritur, an Beneficiarius, qui plus operæ, & laboris collocat in Ecclesia, quam ipsius beneficij eonditio postulet, tuto possit ex fructibus beneficij vltra portionem vitæ necessariam tantundem sibi sumere, & in quos voluerit usus impendere: quantum illius operæ & labor metetur. *M. ii. 4. distinct. 24. quest. 17. & Nauart. de redditib. Eccles. quest. 1. monit. 29. nu. 1.* affirmant, quia cuique debetur la-

boris, & operæ merces, ergo si Clericus plus laboris, & diligentie ponit; quam beneficium requirit, licite potest sibi capere tantundem, quantum labor metetur: Et cum illud percipiat tanquam laboris & operæ stipendium: consequitur, vt id possit impendere pro suo arbitratu.

Alijs vero magis oppositum placet: qui ea ratione adducuntur, quoniam Clerico non licet ex beneficio percipere, nisi quod est ipsi ad vitam necessarium, & reliquum, quod supereat, pauperibus & ecclesijs debetur. Ceterum minime negandum est, fas esse Clerico aliquid amplius sibi sumere, si plus laboris, quam debet, in commodum & bonum ecclesie conferat, quia id accipit tanquam debitam laboris sui mercedem.

Decimo queritur, An Clericus ex fructibus beneficij possit spurio filio iure communi alimen. a p. abere? Ceterum est, non solum posse, sed etiam debere ex fructibus beneficij alimenta filijs ex legitimo matrimonio susceptis: nam alimenta quæ liberis, vel alijs consanguineis, & ceteris legitimis patrimonij, vnde viuunt, conferuntur, non liberaliter, sed tanquam debita iure pauperibus præbentur. Sed questio in eo versatur, An etiam filio spurio, qui aliunde alimenta non habet, vnde commode sustentetur, Clericus tuta conscientia possit ea ex beneficio præbere iure communi? Constantis est omnium sententia, posse: *Curtius de iure patron. verbo. honorificum. num. 12. Pauromitan. in capiti. peruenit. de arbit. Gloss. in cap. omnino constituitur. dist. 30. Syluest. Clericus 4. quest. 14. Cardin. Palae. de Notis §. spur. filius. cap. 44. numer. 6. nam ex ca. Cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium, colligi videtur, esse danda alimenta etiam filijs spuris: nam licet Ius Ciuile illa denegauerit: Ius tamen Canonicum æquius iudicauit illa præberi, & vbiq; etiam Magistratus Ciuiles, & ac profani Iudices. Iuris Canonici æquitatem hæc in parte seruauerunt. Ex quo etiam fit, vt liceat Clerico filia spuria, vel forori ex redditibus beneficij, iure communi dotem dare, si aliunde non habeat. *Curtius. Sylu. Card. Palaeus loco cit. & ratio id probat quia dos loco alimentorum succedit, vt docet Barrolus, cuius sententia communi consensu recepta est. l. v. de iur. Pater naturalis ff. de Leg. 3.**

Vndecimo queritur, An id quoque liceat Post editam Constitutionem à Pio Quinto, quæ incipit: *Quæ incipit Ecclesiastico*, ubi Pontifex reddit in Clericis irritas omnes licentias, priuilegia, dispensationes, indulta faciendi testamenta, donationes, siue inter viuos, & sine causa mortis, legata, & quæcumque alias dispositiones de dominijs, terris, castris, domibus, & quibuscumque alijs bonis, & rebus in mobilibus, mobilibus, & semouentibus, pecunijs, iuribus, actionibus, ex beneficijs, fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis quibuscumque confectis, & alijs quomodocumque prouentibus, nec non de peculio, & alijs sola industria, labore, & meritis, & quocumque alio modo partis, cuiuscumque quantitatis, qualitatis, speciei, nature, & valoris existentibus, in quoscumque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimos, eos denique ex toto, vel ex parte hæredes instituenti, & substituendi, seu quod ipsi in prædictis ab intestato succedant. Respondendum existimo cum Navarro tract. de spolij. Clericor. §. 19. num. 9. 10. Et in ea Constitutione abrogasse Pontificem omnes facultates, licentias, priuilegia, & indulta dandi aliquid ex fructibus beneficiorum, siue per testamentum, siue extra testamentum: non tamen sustulisse facultatem id faciendi quod iure communi concessum, in c. Cum haberet supra cit. Et hoc meo iudicio patet ex ipsa Constitutione, quæ priuilegia, & facultates à Pontificibus datas abolet. At quod iure communi conceditur, non est priuilegium, facultas, licentia, vel indultum: Præterea, quia Pontifex abrogat etiam facultates relinquenda aliquid ex testamento, vel extra testamentum ipsius etiam ex bonis, quæ industria, labore, vel alia ratione sunt parata, & tamen iure communi de iis bonis potest Clericus testari, & ea in usus quos elegerit ipse, conferre: ergo

Pontifex hoc ius commune non tollit, sed privilegia tantum, & facultates concessit: ad testandum de iis bonis in spuriorum commodum & utilitatem.

Dices, Pontificem primum quidem huiusmodi privilegia abolere, postea vero subungere: *Deinde vero distulimus prohibemus ne talia, sive in predictis illegitimos virtualiter facta, sive in eorum coniuges, sive parentes, sive filios ascendentes, aut descendentes sive alios cognatos, etiam pauperatis, dotis, aut aliter eiuscumq; p[ro]p[ri]is intuitu fiant, sive utiis, sive mortuis ipsi illegitimos.* Quibus verbis videtur Pontifex omnem facultatem sustulisse dandi aliquid ex bonis ecclesie, filiis spuris, etiam iure pauperatis, alimentorum, & dotis. Respondeo, eum eodem Navarro, ea verba intelligi, ne scilicet aliquid detur vi alicuius privilegii, facultatis, licentiae, vel indulti, non tamen si detur vi ipsius iuris communis: nam similes Pontificie Constitutiones nihil horum prohibere videntur: nec forte iure sine causa prohibere debite possent.

Ceterum scire oportet, duas esse Decisiones Rotæ Romanæ in volumine Decisionum nouissimarum anno 1590. *Veneris excuso*, quæ sibi inuicem aliqua ex parte repugnare videntur. Una est decisio 437. 1. part. ubi habetur: Constitutionem Pij Quinti reuocantiam facultatem testandi de reb. ecclesiasticis, gratia spuriorum, & aliorum filiorum extra legitimum matrimonium susceptorum, intelligi sic, ut per eam reuocentur facultates testandi, vi privilegiorum, licentiarum, indultorum eorum, quæ conueniunt iure aliquo speciali, non autem vi tollantur facultates testandi, quæ conueniunt iure communi, videlicet causa dotis, vel alimentorum, quando tales filii sunt ita pauperes, ut nihil habeant aliunde quo viuant, nam tunc potest, tum laicus ex bonis Ecclesie, tum Clericus ex beneficiis aut bonis sui patrimonii testamentum relinquere spuris filiis dotem, vel alimentat: quando habent unde commode sustententur, tunc non potest: quia tunc facultas non conuenit nisi iure speciali, nec iure communi patet filium, aut filium patrem alere cogitur, habentem aliud, unde se alere queat. *Si quis à liberis. §. si filius, & §. solent. ff. de liberis agnos.* Et ibidem dicitur, hanc Constitutionem Pij V. ex parte esse corrigendam, quatenus præcipit ne quidquam ex testamento relinquatur ascendentibus & aliis cognatis ipsorum spuriorum, omni dolo & fraude etiam remota: quoniam hæc pars non solum est præter commune ius, sed etiam est irrationabilis, & nimis dura lex, quæ sane verba ego non dixissem, nam legibus Pontificiis derogare videntur.

Est alia Decis. 214. part. 2. huic contraria, ubi hæc habentur: Pium V. in sua Constitutione præcepisse, ne Laicus ex bonis Ecclesie, si quæ habet, aliquid testamento relinquat filiis spuris, & aliis non legitimis, nimirum ex feudo, emphyteusi, aut pensione Ecclesiastica, quam laicus aliquando habere solet privilegio, & auctoritate pontificia, ne peculium Christi ad spurios transeat. Secundo præcipit Pius V. ne Clericus ex bonis ecclesie relinquat aliquid testamento prædictis filiis, ne bona ecclesie ad indignos deueniant, & ne aliis offensionis causa, & occasio præbeatur. Tertio, ne Clericus ex suo patrimonio, vel quibusvis aliis bonis sua industria partis, vel aliunde quæ ab ecclesia acquisitis, relinquat testamento aliquid illis, & hoc ne alium offendant. Solent enim ceteri offendi, quando Clerici ita testantur. Solum igitur vnum excluditur à Constitutione prædicta, quando laicus ex suo patrimonio aliquid relinquat, hoc Pontifex non prohibet.

Si obijcias: Iure communi Clericus potest ne ex suo patrimonio testari suo arbitratu? Respondent quidam, id Pium V. veruisse merito, ut omnem offensionis occasionem præcideret. Laici enim, ut diximus, offendi solent, cum vident, Clericos filiis sua bona relinquere. Nec mirum est, postiores Pontifices aliquid prohibere, quod priores permisissent. Sic etiam iure communi permillum fuerat, ut Beneficiarius ex sui beneficii bonis causa dotis, vel alimentorum spuris aliquid relinquere. Et tamen

Pius V. id fieri vetat: immo etiam præcipit, ne aliquid testamentum relinquatur ex prædictis reb. cognatis spuriorum, quod iure communi interdictum non fuerat. Certe in hac decisione Romæ verus & germanus sensus Constitutionis Pij Quinti, contineri videtur. Nihilominus sunt post eam constitutionem Rotæ decisiones, quibus iudicatum est, licere Clericis iure dotis, vel alimentorum relinquere filiis spuris, etiam ex fructibus beneficiorum, iuxta id quod habetur, in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, nec id esse sublatum Constitutione Pij V. quoniam id iure communi conceditur, nec iure communi derogatur nisi expressis verbis.

## CAP. XII.

*De annuo vectigali, quod vulgo annatam vocant, à Beneficiariis exigi solito.*

Sciedum est, esse genus quoddam vectigalis, sive pensionis, cum is, qui beneficium ecclesiasticum obtinuit, aut est ad certam aliquam Ecclesiasticam præfecturam, tanquam Episcopus aut Cœnobiarcha electus, integros fructus, aut dimidiam eorum partem qui primo anno colliguntur, Romano Pontifici reddat ac soluit, si beneficii redditus annui summam 24. nummorum aureorum excedant: atq; hanc pensionem Romano Pontifici referuatam, annatam appellant. Porro Platina in vita Bonifacii IX. scriptum reliquit, hoc vectigalis genus esse à Bonifacio IX. constitutum; quamvis alii tradiderint à Ioanne 22. esse primum beneficiis impostum.

Primo quaeritur, An talem pensionem Romanus Pontifex iure communi, an speciali à Beneficiariis exigat? Colmas Auctor Glossæ in Pragmaticam sanctionem, titulo de annatis, & Duarenus, li. 6. de sacris Ecclesie ministeriis. scriptum imprudenter, & temere reliquerunt, id esse contrarium Iuris diuini, & Canonici Constitutiones, & leges Contra ius quidem diuinum, quia Christus dixit: *Gratis accepistis, gratis datis:* ergo Episcoporum, Abbatum, & aliorum Beneficiarium potestas pecuniis vendi, aut emi non potest. unde auctor inquit Duarenus: *Consuetio inter Pontificem Leonem X. & Franciscum I. Gallia Regem, irrita, turpis, & inhonesta quibusdam videtur, ideoque pro non scripta haberi ac recipi debet. Ita tamen, ut cetera capita eiusdem conventionis, quæ à ratione, & honestate non abhorrent, nihilominus obseruentur.* Sic ille.

Deinde argumentantur iidem Auctores, quia rerum spiritualium nundinatio diuino iure damnatur: nam spiritualia pretio vilo aestimari non possunt, nec in alicuius, nisi Christi patrimonio, & bonis computantur. Contra ius vero Canonicum, inquit, est prædicta annata, quia 1. q. 1. multi extant Canones, & decreta, quibus sancitum est, ne spiritualia pretio dentur, vel acquirantur. Aiunt præterea, supra dictam pensionem, nempe annatam esse omnino damnandam multis de causis. Primo, quia, ab omni specie mali nos abstinere oportet (ergo multo magis Romanum Pontificem, & Curiam Romanam, quorum mores, & exempla ceteri imitantur, at quis neget, eos quodammodo à Romano Pontifice beneficia nundinari, qui cum primum Ecclesiarum præfecti, rectoresque creantur, huiusmodi pensionem tanquam debitam soluere consueverunt? Ex quo item tempore introduci cœpit talis impositio pensionis, qui minus appi, & idonei sunt ad ecclesias administrandas, eo quod pecuniis abundant: ad ecclesiarum præfecturas, & beneficia promouentur. Accedit quod inde Antistites occasione accipiunt, nouas ecclesias, & Clericis sibi subiectis imponendi pensiones. Præterea ex Provinciis, & Regnis pecuniæ extrahuntur, & ad Rom. Curiam deportantur. Adde quod Ioan. Andr. in ea, *Inter cetera, de offi. Ordinarii*, scribit se optasse, ut Ro. Pont. acciperet vigesimam partem omnium proventuum beneficiariorum, quæ sunt in toto orbe Christiano ad susten-